

Ann. VII.

Num. III.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

SEMEL IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 4,80;
ubique extra Italiam Lib. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in commentarii operculo
Lib. 0.10 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

Apud "KRONIKĘ RODZINNĄ"

Apud BURNS AND OATES

Rakowskie Przedmiescie, 15.

VARSIAVIAE POLOVORUM

IN ANGLIA

Apud KRONIKĘ RODZINNĄ

Apud BURNS AND OATES

Krakowskie Przedmiescie, 6

VARSIAVIAE POLONORUM

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS

AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

LONDON W.

28, Orchard Street.

52, Barclay Street.

NEW YORK

CINCINNATI

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

52, Barclay Street.

436, Main Street.

RATISBONAE in BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

1699, Rue Notre-Dame.

MONTREAL

RERUM INDEX

Pio X P. M. S. Joseph Patronus caelestis diem nominalem gratulatur.

Sanctissimi Domini Nostri Pii PP. X Motu Proprio de Musica Sacra.

De bello inter Iaponios et Russos.

Geographicae notae: Petropolitanae traditiones.

De sodalibus religiosis.

De disciplinae arcani obiecto.

De animi curandi ratione ad morbos corporis facilius pellendos.

De Marianis comitiis deque artium recensione Mariana in Urbe habenda.

B. Virgo ab Angelo salutata, quam B. Fisci expressit.

De quadragesimali tempore atque ieiunio.

Ex Americis. De incendio theatri Chicaginensis, cui nomen Iroquois.

De Romanis Congregationibus Sacrorum Rituum, Caeremoniarum, Indul-

gentiarum et Sacr. Reliquiarum.

Ex SS. Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae.

Diarium Vaticanum. Coram SSmo admissiones. - Pontificiae electiones. - Varia -

Acta Pontificia.

Annales: Iaponicum bellum. - Balkanici motus. - Albanensium seditio. - Americanae seditiones. - Africanae res.

Publici per Orbem coetus legibus ferendis.

Librorum recensio.

Libri recens dono accepti.

In tertia operculi pagina:

Per Orbem. — Ioci. — Aenigmata.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCCIV

SUPELLEX AD RES DIVINAS.

Commentarii VOX URBIS administratio recto tramite suppeditat supellectilem omnem, qua tum in templis, tum in oratoriis ad res divinas uti solemus.

Mandata ad VOCIS URBIS administratorem (Romam, *via Alessandrina, 87*) mittantur, res praecise indicando quae quisque sibi cupit. Gratuito sumptuum aestimatio fiet.

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus, quod de negotiis Ecclesiasticis esset; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

SATURIO

Comoedia latinis versibus conscripta a clarissimo viro Ioanne Baptista Francesia et per Commentarii VOX URBIS paginas vulgata, in volumen redacta est, quod apud Commentarii eiusdem administratorem venale prostat lib. 1.

IN LUDIS LITTERARUM OPTIMA TIRONIBUS SCENICE AGENDI EXERCITATIO.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 4,80 — Ubique extra Italianam:
Lib. 6,25, Doll. 1,25, Sch. 5, M. 5, Rubl. 8, Coron. 6,25

SEMEL IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

PIO X P. M.

S. JOSEPH PATRONUS CAELESTIS

DIEM NOMINALEM GRATULATUR.

*Te, Iosephe, PIUM populi regesque salutant;
 Pristinus at Ioseph tu mihi semper eris.
 Semper eris; nec, quae Venetum mea provida rexit,
 Romanum fallet dextera Pontificem.
 Sis igitur Pius; at Iosephi munera prisci
 Auspice tu Christo, non Pharaone, geris.
 Iosepho didicit Nilus parere iubenti;
 Parent imperiis omnia regna tuis.
 Nec poterit quisquam, tibi non sociatus, ad astra
 Tendere rite manus, rite movere gradum.
 Te cultore, viret virtus, seges aurea flaret,
 Horrea cui caeli, te reserante, patent.
 Vix ut abes, lolium succrescit triste per agros;
 Arent cuncta; siti turba fameque perit.
 Aegyptum senior Ioseph servaverat unam;
 Per te, Christus Adae sospitat omne genus.
 Officiis simul ipse meis perfungaris, ex quo
 Christi, supremus Pastor, ovile regis.
 En tibi virgineis Ecclesia candida nodis
 Iungitur, ut necum iuncta Maria fuit.
 Creditus est mihi tutori Jesus puer; idem,
 Una salus hominum, creditur ecce tibi.
 Creditur et sanguis, quem fudit Christus, et unde
 Enatum genus est nobile Christiadum.
 Heu! senuit tellus. Ibi cernis ubique ruinas:
 Indociles animos, immemoresque Dei.
 Instaurare tamen licet omnia, si (quod adurges)
 Imperium Christo detur in orbe suum.
 Haec tua, quae mea sunt, sanctissima vota Redemptor
 Compleat! his adsit labe Maria vacans!*

P. FRANC. XAV. REUSS, SS. Red.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
PII PP. X
MOTU PROPRIO
DE MUSICA SACRA.

In superiore Commentarii Nostri numero, instructionem seu regulas latine referentes, quas SS. D. N. de musica sacra edidit, diximus earumdem versionem Summo Pontifici iam antea oblatam fuisse, eamque pro sua humanitate ab Ipso fuisse probatam. Suadentibus autem multis et Pontificia benignitate arrectus, Iosephus Fornari noster, ut maximi momenti documentum integrum exstaret, alteram quoque eius partem latine reddidit atque, mense Ianuario labente, in obsequii testimonium, ad Pontificem misit. Res inde praeter omnem spem cecidit: die enim ii mensis Februarii Pius PP. X revmo viro Henrico Salvadori, anti-stiti Urbano, commisit ut Fornarium certiorem faceret eius versionem integrum se praeter alias approbasse, authenticam, seu, prouti vulgo dicunt, «officiale» habere, atque velle ut in acta SS. Rituum Congnitis reduceretur.

Dum itaque amico carissimo vehe-
menter gratulamur, « Motu proprio »
pontificium, quod instructioni seu re-
gulis iam relatis praecedit, hodie primi
lectoribus praebemus.

PIUS PP. X.

Inter pastoralis officii sollicitudines non modo de supra haec Cathedra, quam inscrutabili Providentissimi Dei voluntate, licet indigni, temenus, sed etiam de Ecclesiis singulis, ea proculdubio est praecipua, ut decorem domus Dei servemus atque promoveamus, ubi augusta Religionis mysteria celebrantur, populusque Christianus cogitur ad Saeramentorum gratiam excipiendam, sancto Altaris Sacrificio adstantem, augustissimam Eucharistiam adorandam, ut denique in publicis iisque solemnis sacris liturgicis communium Ecclesiae precium particeps fiat. Ne quid igitur occurrat in templo necesse est, unde fidelium pietas ac devotio avocetur, vel tantum imminuat, nihil in primis quod sacrarum caeremoniarum gravitatem sanctitatemque offendat, atque ideo Domus Orationis Deique maiestate indignum evadat.

Abusus, qui ex hac parte incidere possunt, omnes non attingimus; hodie enim animus ad unum ex frequentioribus convertitur, eumque inter difficillimos qui evellatur, talem immo ut vel illic sit interdum deplorandus, ubi cetera omnia tum ob templi puleritudinem atque magnificentiam, tum ob caeremoniarum splen-

dorem ordinemque accuratum, et cleri frequentia, et administratorum saera agentium dignitate ac pietate, maximam laudem mereantur. Abusum dicimus de rebus quae ad cantum sacramque musicam spectant. Re quidem vera, sive huius artis ipsa natura nutanti atque varia, sive iudicii ac morum per saeculorum cursum secuta immutatio, sive funesta illa vi, quae in artem sacram ars profana atque theatralis exerceat, sive voluptate quam musica directo produceat, neque facile debitibus potest contineri; sive denique praeiudicatis opinonibus levi opera in rem sese ingerentibus ac deinde vel in cordatis usque piis hominibus tenacius adhaerentibus, voluntas in id usque contendit, ut a reeta via commode aberret. quam sibi statuit consilium, unde ars ad cultus famulatum adhibetur, et Ecclesiastici canones, Conciliorum generalium provincialiumque iussa, praeepta plures edita a SS. Congregationibus et a Summis Pontificibus qui Nobis praecessere, satis aperte declararunt.

Bono, nec eodem parvo, quod ultimis hisce decenniis et in ipsa nostra alma Urbe pluribusque patriae nostrae Ecclesiis curatum est, valde quidem delectamur, eoque praesertim cui nonnullae nationes prospexere, ubi clarissimi viri divini cultus studiosi, hac Sancta Sede approbante et Episcopis moderantibus, in florentes coetus quum convenissent, musicam sacram apud singulas fere Ecclesiis sive Oratoria amplissimo honore retinuerunt. Hoc tamen bonum longe abest ut commune sit omnibus: itaque Nostra ipsi experientia edocti et morem gerentes plurimis querelis brevi hoc temporis spatio ex quo Domino placuit humilitatem nostram ad supremum Romani Pontificis apieem evehere, undique Nobis oblati, diutinioris morae impatiens muneris nostri inter curas praecipuas hanc dueimus, in ea obloqui, eaque damnare, quae in cultus caeremoniis et ecclesiasticis officiis a reeta norma divertant. Cum enim vehementer Nobis cordi sit ut spiritus vere christianus in fidelibus omnibus undequaque reflorescat inviolatusque servetur, ante omnia sacrarum aedium sanctitati dignitatique provideamus oportet, ubi seilicet fideles congregantur ad eundem spiritum ex primo eoque necessario fonte hauriendum, hoc est ex actuosa cum sacrosanctis mysteriis, publicis solemnibusque Ecclesiae precibus communicatione. Atqui frustra sperabimus fore ut ad huiusmodi finem assequendum Dei beneficium abunde in nos demittatur, si Dei obscurum, potius quam cum odore suavitatis ascendat, contra in manus Domini flagella committat, unde alias divinus Redemptor indigos e templo violatores eiecit.

Ne quis igitur in posterum officii sui ignorantiam excusat utque, circa praescripta de re nonnulla, ambiguitas quaevis tollatur, opportunum existimavimus brevi ea principia indicare, quae in cultus caeremoniis musicam sacram moderantur, atque simul, veluti in unica tabula, praecipua Ecclesiae praeepta inabusus magis frequentes describere. Itaque motu proprio et certa scientia nostram hanc instructionem edi curavimus, eui tamquam codice musicae sacrae iuridico ex plenitudine Auctoritatis Nostrae Apostolicae vim legis tribui volimus, Nostro hoc chirographo diligentissimam eius observantiam omnibus praecipientes.

Datum ex aedibus nostris Apostolicis ad Vaticanum, die Virgini ac Martyri Caeciliae dicato, XXII mens. Novembris a. D. MCCCCIII, Pontificatus Nostri anno primo.

DE BELLO INTER IAPONIOS ET RUSSOS.

QUAE hodie Russos inter atque Iaponios pugna ardet, haud recentibus constat causis oborta. Novem enim iam annos, ex quo expleto Sinensium eum Iaponis bello pax est signata, prima hodiernae inimicitiae causa posita est. Admodum tune Europae gentes timuere de novissima Iaponiorum magnitudine, Russique prae ceteris maxime veriti sunt potentiae gentis sua; itaque omni ope sagerunt ut fructum victoriae Iaponis eriperent, eosque a Coreana peninsula, qua fuerant armis potiti omnino prohiberent. Inde Iaponensium odium non sine causa flagravit, quod hodie palam erupisse videmus: quin imo confirmata res est anno MCM, quum, undique Europaeorum exercitibus ad cohendam Sinensium seditionem convenientibus, Russi, per Mandchouriam provinciam, ad Pechinum descenderunt, neque inde hactenus discessere, etsi plures essent obtestati se ad tempus eam occupasse.

Mirum videri potest Sinenses de violatis finibus imperii sui nullam protestationem edidisse; verum si rei cansam quis repetierit, duplē inveniet. Gratus enim animus eos continuat, qui praesertim Russorum patrocinio, post tētrām seditionem, servatum imperium ab omnium gentium dominatione viderunt. Accedit Sinenses, confectis tam infauste duobus bellis, haud satis armorum habere, quibus quidquam pertinare valeant. At Iaponii, qui, suorum litorum propinquitate, tantum hostem sibi adesse atque eius munitiones et estra in ostiis prope sui regni ponere videbant, coram ipso assidue, aperte declararunt ut susceptam sponzionem impleret, tandemque aliquando a Mandchouriae litore reederet. Quam mentem aerius semper et altius persequuntur. Iaponii ad arma tandem devenerunt. Ipsa enim Corea peninsula, qua armis iam sibi subiecerant, eiusque ex finibus Russorum arbitrio electi fuerant, paulatim, viribus hostium in finitima Mandchouria confirmatis, horum in ditionem propedium cedere videbatur. Quinimo et Arthurum portum, quod videntes Iaponii occupaverant, Russis contra est a Sinensibus traditum, qui praecipuum ibi suum oppidum constituere, terra marique rebellica omni munitione, ita denique effecerunt, ut viatorum Iaponiorum omnia praemia, omnia spolia, in aemulorum augmentum et emolumenatum cesserint. Quas iniurias, meminisse iuvat, haud a Russis tantum, sed a ceteris etiam Europae legatis, aegre licet consentientibus, accepisse Iaponii videntur, ita ut non Russorum tantum, sed et Europae universae contentio haec cum ultimis illis flavi coloris populis esse appareat.

Quae inde erunt futura?

GEOGRAPHICAE NOTAE PETROPOLITANA TRADITIONES.

QUOTQUOT aedificarunt urbes, ii late patens meditantes imperium et saeculorum seriem propedium infinitam, gentibus, quas congregabant, semper afflante Numine ac divino instinctu rem sese inivisse, et fecisse dixerunt. Supervacaneum duco revocare historias, et mo-

numenta popularum proferre, quae huiusmodi morem testentur; non tamen negabo inexplicabilia interdum fuisse praeagia in ipsa origine et initio regnorum et urbium, quibus futura prae dieata sunt, quae, plura quidem post saecula variosque casus, ad unguem acciderunt, eiusmodi est illud Romuli ab augurio duodecim vulturium Romam excitantis, et inde sperantis « bellatrixem fore; ita illi assuetae sanguine et praeda aves pollicebantur » (1). At, quod mirabile magis est, quot fuere vultures, totidem etiam saeculis stetit armis romanae gentis imperium. Nec a praeagio Romuli longe absunt Iulii Proculi verba iurantia « visum a se Romulum augustiore forma quam fuisset; mandare praeterea ut se pro Numine acciperent; Quirinum in caelo vocari; placitum Diis, ut gentium Roma potiretur » (2). Equid vero portendunt recurrentia illa nomina, quibus imperium clauditur iisdem, ut incepit? Sic Romulus Augustulus ultimus Caesarum et Augustorum fundatoris urbis, et auctoris Imperatoriae potestatis nomina praeferat; sic Constantini Magni nomen Constantinopolim condentis, ibique primum imperantis, Constantinus ille retulit, quo Augusto Constantopolitanum imperium una cum vita imperantis a Mahumeto II immanni clade sublatum est. Nihil inde deduo, nihil audeo; rem tantummodo noto, et ad Russorum traditiones venio, his diebus haud certe inopportunas.

Primo igitur apud Russos, (populum dico, et maxime ex hoc agricolas) traditio fert, Petrum Caesarem caput imperii a Moseua urbe transtulisse monitu Superum potius, quam sua voluntate: quippe quia a tutelari suo Michaeli archangelo resciivisset futurum ut urbs imperii princeps invaderetur ab exteris, incendio eremaretn omnino. Et haec ad apieem, Napoleone bellum ingerente, contigisse scimus. Hinc ut Augusta familia, et populi maxima pars cladem vitarent summo illo in discriminis tempore, prope flumen ingens, prope mare, nova metropolis exitanda. His permotus de condenda Petropoli Petrus cogitavit. — At eur illum, non alium locum elegit?

Noete quadam Petrus erat forte illie, ubi postea Kranoje-Selo, versabatque animo fallaces hominum spes, fragilemque fortunam, quae medio saepe in spatio labuntur et corrunt, antequam portum, in quem contendebant, attingant. Itaque tristabatur moerens, suoque imperio, quod humaniori cultu adstruebat, artibus disciplinisque imbuebat, ut domi esset militiaeque ingens, adversa verebatur, timebatque ne, se vita functo, omnia in pristinam rudemque feritatem redirent. Tunc quidam eremi habitator, in quo nimis sero S. Isaacum comperit, subito ad latus emicuit, dixitque se nuncium optimi vaticinii adesse: « Si, quae animo agitas, - ait -, facta volueris, abi, et illie mane unde sereno in caelo solem videre possis. Ex quo videris, in precibus insta, et nota locum, quem solis lumine aspices perfundi. Tuum inde imperium incipiet. Prosequere in precibus; illie erunt fines imperii tui, ubi sol obseurabitur ».

(1) Lech FLORI, *Roman. hist.*, Lib. I, cap. I.

(2) Id., *ibid.*, in fine.

tur ». Dixit et Caeca nox manibus, serenius ratus divinum alite caelesti, assurgentem que integra sumane primo a Uralium ingis, fiem Oceanum exentis a flu Deo plaudit, et pos erat, in Oeiam dies, et aeg tam in preci sas prope easte Sol occidebat. Int vel aliquant forte incurrit, a ret. Sed intractat At dum omnibus voce ferum fati prodigio, inscio pes excelsa, corruvit, arrectique s enim eminebat a gorod distinguend gredi, ultima si dam horrore et lantici aquis Oe et bene nota Br visu mediis in n latim tellus de redire. At equus men fas erat e eremita praesto f « Dominatio imp ab Oceano ad Oe tui ab eqno dese suri ». Haec, apu tropolim Petro fulae tabulae, qua vocantur, condita templum inter d aedificatum, ut rae mirabilis illi illud aeneum eq niori basi monolitum, quasi obequ

Ista quidem sa tim absoluta videt ditio quae sequit

Petrus noctu per homo, ire solebat utrum satellites s versus quidquid n pite pontis primi e positi; sed trans N filiolum accedit, Obtulit Petrus arg cipiens ait: - « N stum? » — Pudens progreditur, aegre Cis Newam venus mulier eadem non visa transiens dat aureum; sed

e, quae huiusmodi negabo inexplicagia in ipsa origine quibus futura praedidem post saecula non acciderunt, cum augurio duodecim, et inde sperantis uetae sanguine et (1). At, quod mihi vultures, totidem romanae gentis in nuli longe absunt « visum a se Romanam fuisse; manum acciperent; placitum Diis, ut . Eque vero porcina, quibus impetrantur? Sic Romesarum et Augustae auctoris Imperia referebat; sic Constantinopolim constantis, Constantinopolitanum imponit a Mahumeto II Nihil inde deduceo, o noto, et ad Russiebus haud certe

(populum dico, et traditio fert, Petri a Moseu urbe potius, quam sua celari suo Michaeli ut urbs imperii eris, incendio crepitacem, Napoleone seimus. Hinc ut maxima pars clavis diseriminis temprope mare, nova remortus de concrevavit. — At cur ill?

t forte illie, ubi tque animo fallaque fortunam, quae tantur et corrunt, contendebant, atterens, suoque imadstruebat, artifici, ut domi esset verebatur, timeania in pristinam. Tunc quidam sero S. Isaacum cœluit, dixitque se: « Si, quae animalia, et illie mane videre possis. Ex i, et nota locum, fundi. Tuum inde e in precibus; illo sol obseurabi-

I, cap. I.

tur ». Dixit et evanuit. At quid faceret Petrus? Caeca nox magis magisque tenebresebat nubibus, serenum caeli spatium nullum erat. At ratus divinum sibi monitum esse, certe ferente alite caelesti, cursum arripuit in Orientem, ut assurgentem quo longius solem videret, sibi que integra subiiceretur sic Asia. Illucescebat mane primo aurora: ipse e summis Alpium Uralium iugis, puro in caelo usque ad Pacificum Oceanum infinita loca videbat. Denique exeuunt a fluctibus lumina solis emergunt. Deo plaudit, et, qua celeritate divinitus compos erat, in Occidentem festinat. Inclinabatur iam dies, et aeger, iejunus, anhelans, at semper tamen in precibus, ad exiguae piscatorum casas prope castellum Ivangorod pervenerat... Sol occidebat. Latioris cupidus dominationis, ut vel aliquantulum adderet, equum, in quem forte incurrit, ascendit, ut longius ita prospicere. Sed intractabile animal progreedi negat. At dum omnibus conatibus, calcaribus, pugnis, voce ferum fatigat, extimulat, novo quodam prodigo, inscio se, tellus concreverat quasi rupe excelsa, coram, hinc, inde praerupta. Horruit, arrestique steterunt illi erines in capite; ita enim eminebat a solo, ut vix ipsum in solo Ivangorod distingueret. Recedere impos, impos progreedi, ultima sibi timebat, cum non sine quodam horrore et sacrilegii metu obrutum Atlantici aquis Oceani cadentem solem aspexit, et bene nota Britanniarum insularum litora visu mediis in nebulis internovit. Itaque paulatim tellus decrescere, residere, in aequum redire. At equus perstabat immobilis, nec tamen fas erat e dorso descendere. Tunc iterum eremita praestoi fuit, et precanti loquutus est: « Dominatio imperii tui porrigitur, ut vidisti, ab Oceano ad Oceanum; cave tamen ne posteri tui ab equo descendant alibi, quam hic mansuri ». Haec, apud Russos, causa condendi Petropoli Petro fuit; hac de causa insignes illae tabulæ, quae testamentum Petri Magni vocantur, conditae sunt; hac de causa S. Isaaci templum inter duodecim templo et monasteria aedificatum, ut haec totidem essent quot horae mirabilis illius diei, hac de causa signum illud aeneum equestre, immane pondus immanniori basi monoliticae, porphyreticae, impositum, quasi obequitans in Occidentem (1).




Ista quidem saecula, quae praeteriere, partim absoluta viderunt. Quid de futuris? — Traditio quae sequuntur narrat:

Petrus noctu per Petropolim, quasi privatus homo, ire solebat, ut propriis iudicaret oculis utrum satellites sui in fures et pessimos et adversus quidquid nefarium vigilarent. Erat in capite pontis primi et recentioris Newae fluvio impositi; sed trans Newam. Mulier in ulnis habens filiolum accedit, stipem sibi filioque rogans. Obtulit Petrus argenteum denarium. Mulier accepens ait: « Nec pudet stipis huius Augustum? » — Pudens Petrus aureum dat, et citus progreditur, aegre ferens quod cognitus fuisse. Cis Newam venerat. Hic in pontis capite rursus mulier eadem occurrit. Miratur Petrus, quod non visa transiens praeverisset; roganti rursus dat aureum; sed recedere statuit, ne passim

(1) Cfr. Vox Urbis, an. VI, n. XIV.

indicaretur. At dum rursus est in capite trans Newam, iterum eadem obvia est, iam aureo assuta... Quid plura? Septies et vices eadem instaurata sunt. Petro nihil quod daret iam suppetebat, praeter tria aurea, quae servabat ob aliquod improvisum in via. Neganti igitur mulier haec: « Quoties dedisti, toties et totidem urbi imperio tuo saecula mernisti. Quae tria tibi servasti, triginta sunt anni vitae tuae, quos tibi tollis. Ferme nonagenarius mortuus es. Haec habe a Panaghia (hoc est: « tota sancta ») de Kazan ». His dietis; evanuit.



DE SODALIBUS RELIGIOSIS.

Non semel, moerenti animo, in nostro Compendario occurrit recordatio insectationis illius, quam contra consociationis ius, quod ho- dierna praedicatur libertate conserari, passi sunt ac patiuntur religiosi viri in finitima nobis Gallica civitate. Iuvat igitur de sodalitatibus huiusmodi earumque meritis pauca enucleare.

Quae quidem ab antiquissimo illo « monachismo » originem repetunt, hoc est a solitaria illa vitae disciplina, quam homines plures, cum sua vendidissent atque pauperibus omnia es- sent largiti, sibi sponte delegerant, in oratione et labore, ut eibum necessarium sibi compararent, tempus consumentes. Antiquissimum dixi: quis enim ignorat in Thebaide Aegypti III post Christum saeculo Paulum cognomine « eremita » et Antonium anachoretam; IV autem saeculo Pacomium cum asceclis multis floruisse? Longo itinere inter seces distincti, a mundi rumoribus omnino remoti, sancte, severe aetatem agebant, aliquo tantum, quem magis pium cognoscerent, ipsos visitante, ut animum eorum in virtutis via dirigeret.

S. Basilius Caesariensis, qui vita funetus est kalendis Ianuariis an. CCCLXXXIX, et S. Benedictus ex Anicia Umbra gente, qui saec. VI vixit, alter in Oriente, in Occidente alter, solivagos eos in familias collegerunt ac praecepta simul signarunt, quibus humano generi tot tan- taque beneficia orientur.

Quae tempora inter saec. V et VIII diffuxere omnibus constat tumultus, immutationum, bellorum plena fuisse, praecipue ob barbarorum incursions, antiquae humanitati, artibus, litteris, monumentis denique omnibus ruinam et exterminium portantes, cum populi undique ferro cincti, vix saluti sua posse consulere. Sed tamen servata humanitas est, imo in progressum adducta, idque unice religiosorum sodalium opera, qui in coenobii solidudine, tempus inter Deum et studia partientes, pretiosissimos, quos adhuc admiramus, codices exscribabant, tot temporum sapientiae fructum, quem novo semine posteris demandabant.

Quum autem extra clausos fines humanitatem deducere fas fuit, en concionatores illam edentes, proponentes, exemplo firmantes; veram dico humanitatem, quae a propria sapientia ad ceterorum levamen defertur. Num Francisci Assisiensis, num Guzmanii eorumque discipulorum mentem in regeneranda civili societate commemorem? Num, recentiore aetate de Ignat-

tio Loyolensi, Iosepho Calasanctio, Hieronymo Emiliani, Francisco Salesio, Philippo Nerio, Vincentio a Paula et nuperrimo Ioanne Bosco dicam? Satis sit haec nomina, inter innumerabiles universi orbis religiosarum familiarum conditores coram posuisse prout calamo occurserunt, ut summa fultus auctoritate recte concludam (1): « Eximios istos viros, in quorum capita vim placuit acuere legum, Ecclesia ipsa et genuit et materna sollicitudine aluit ad deus omne virtutis atque humanitatis. Neque uno tantum nomine plurimum iis debet civilis hominum societas, cum et sanctitate morum ad recte faciendum incitare animos multitudinis consueverint, et doctrinae copia sacras profanasque disciplinas illustrare, denique omnium optimarum artium patrimonium mansuris ingenii sui fructibus locupletare. Nullum autem in conditione humana prope est infortunii genus, quod non lenire, nullus easus, in quo non men poni solet calamitatis, cui non sodales religiosi tempestivam admovere medicinam studuerint, in nosocomiis, in dominibus infirmarum plebi recipiundae, in urbium pace et otio, in trepidatione atque aestu tumultuum bellicorum, idque ea suavitate et misericordia, quae non potest nisi a divina caritate proficiunt. Cuius caritatis cunctis provinciis, urbibus, oppidis in conspectu sunt nobilissima exempla egregique fructus ».

DE DISCIPLINAE ARCANI OBJECTO.

Ad objectum disciplinae arcani procedentes, iam primum omnium dicimus eiusdem obiectum esse ritus Ecclesiae: non quod Patres eorum simplicitatem celare vellent, sed quia, cum ritus sint fidelissima dogmatis expressio, cognitis ritibus, et ipsum dogma patere necesse est.

Tertullianus enim, uti in superiore fasciculo diximus, Marcionitas increpabat, quod ipsi pariter adirent, pariter audirent, pariter orarent; quod profecto non fecisset, si christiani eodem modo orassent. S. Basilus (2) de baptismo loquens, scribit: « Reliqua item quae fiunt in baptismo, veluti renuntiare Satanae et Angelis eius, ex qua scriptura habemus? Nonne ex nomine publicata et arcana hac doctrina, quam Patres nostri silentio quieto minimeque curioso servarunt? » Hinc Caecilius apud Minutium Felicem (3) Christianos hoc modo arguit: « Cur nullas aras habent, templa nulla, nulla nota simulacra? »

Sed alia quoque, praeter ritus, disciplinae arcani complectebatur. Hoc habetur, ut alia testimonia omittam, in responsione, qua Origenes (4) Celsum refutat, qui doctrinam Christi, etiam in iis quae ad fidem pertinerent, contumendam putabat, quod esset valde tenebrosa; hoc vero Origenes nullimode negat, sed rem declarando silenti rationem patefacit. En Origenis verba: « Quoniam vero in sequentibus (scil. capitibus) claustraliam saepe vocat nostram doctrinam, etiam in hoc confutandus est

(1) LEO PP. XIII. Epistola ad Archiep. Parisien XXII Oct. MDCCCLXXX.

(2) De Spir. S., cap. 27.

(3) Cap. X.

(4) Contra Celsum, I, 7.

(Celsus), cum illa sit toto orbe magis cognita, quam ipsamet placita philosophorum. Quem enim fugit Iesum natum esse ex Virgine, et suffixum cruci, et quod iam tot homines credunt, illum e mortuis resurrexisse, venturum esse indicium, quo iniusti meritis suppliciis, iusti meritis praemiis affici debent? Et mysterium resurrectionis nonne in ore est etiam infidelibus, quibus de ridiculo est, quia non intelligunt? Post haec ineptus sane fuerit, qui nostram doctrinam occultam esse diceret. Ceterum esse quaedam reconditora, nec omnibus detecta, id christiana doctrinae commune est cum philosophia, ubi quaedam exteriora, quaedam etiam interiora sunt. Nam quibusdam Pythagorae discipulis satius erat: Ipse dixit, cum alii elam docerentur, quae profanis nec purgatis auribus tum non erat committere».

Sed, alis missis, liceat vires impendere, ut ostendamus mysteria SS. Trinitatis et Eucharistiae fuisse obiectum huius disciplinae. En S. Cyrillus Hier. (1), qui nonnullis catechumenis competentibus, sive iam iam baptizandis, aperte dicit, ipso nunquam de Trinitate aliquid audisse. « Haec mysteria, — inquit, — quae nunc tibi patefacit Ecclesia ex catechumenorum sorte transgresso, Gentilibus exponere mos non est: non enim Gentili, quae Patrem. Filium et Spiritum spectant mysteria declaramus, neque catechumenis coram de mysteriis palam loquimur: sed multa saepe teeta dicimus; ut qui norunt fideles intelligent, qui vero nesciunt non laudentur ». Idem affirmit S. Ambrosius (2) scribens: « Post lectiones atque tractatum, dismissis catechumenis, symbolum aliquibus competentibus in baptisteriis tradebam basilicæ ». Quare symbolus catechumenis secreto tradebatur, quum baptismus erant recepturi. Hinc exstat adhuc ritus in baptismatis administratione reitandi symbolum Apostolorum paulo ante quam infundatur aqua super caput infantis. Inexplicabilis vero mos Ecclesiae catholicae esset, si ad obiectum disciplinae arcani, SS. Trinitatis mysterium minime pertineret.

Sed Eucharistiae mysterium maiorem tractationem exigit, quum sit centrum totius Ecclesiae cultus et mirabilem Dei mirabile compendium. Eam itaque ad alium numerum delegamus.

B. DI DARIO.

DE ANIMI CURANDI RATIONE AD MORBOS CORPORIS FACILIUS PELLENDOS.

EXPERIENTIA compertum est victores milites a vulneribus, quibus sunt affecti, faciliter convalescere, quam victi, etsi illos aequa atque hos medici saucios indicaverint et utrisque pari cum sollicitudine praebuerint remedia. Exploratum insuper est morbos, febrim praesertim, cui nomen *tiphoides*, breviorem feliciorumque explere cursum quum aegroti animus nulla cura turbatur familiae sustentandæ, quam cum suorum inopia aerumnisque exagitatur.

Ex his periculis ad trutinam diu revocatis colligitur a medendi artis peritis animum victoriae laetitia erectum in causa esse, ut a vulneribus melius recenterentur victores, quam

(1) *Catech.*, 6, n. 29

(2) *Ep. XX ad sororem suam.*

victi milites, qui cladis moerore confecti sunt. Itemque infertur a medicis plures aegrotos, ob animum securum solacioque amicorum refectum, a morbis breviore recreari tempore, quam qui curis aerumnisque sunt exercuti. Nec aliter se res potest habere: quum enim animus et corpus intimo aretissimoque inter se coniungantur connubio, fieri nequit ut alter in alterum arcana, sed vera, efficientia et vi mirum in modum influat atque agat.

Quae cum ita sint, Hippocratis cultores, ad morbos corporis facilius pellendos, et animum curandum suscepere: itaque enixi sunt ne aegroti de morbo, quo laborarent, secum cogitarent animo, eorumque mentem rebus occuparunt, quibus ipsi impedirent quominus morbos ex iisque profectura incomoda ac pericula iterum atque iterum ponderarent.

Ex mediis ad hunc finem assequendum aptis princeps habetur musice, utpote quae ineluctabili mirandaque vi audentium animos abreptos in sublimes easdemque iucundissimas artis regiones abducat.

Beneficam musices efficientiam Berolini experti sunt medici, qui plures aegrotos in unum collectos in sacello xenodochii, cui nomen *Königliche Charité* Enterpes artis solacio reficiendos curarunt. Mirabile visu! Suavibus enim sonitum ac voem modulis et concentibus valitudine laborantes sensim recreati, formas atque adspicuum poene immutasse visi sunt: adeo ut qui antea languescentes prae aegritudine oculos ac ferme clausos praeferrant, idem postea patefactos exhiberent, atque vivo mictantes lumine; quique vix pedibus starent, idem ereto corpore paulisper incederent, quasi novum robur in ipsis infusum, novaque exictata esset vita. Iis autem aegrotis, quos letulus amplectebatur, solacium praebuerunt medici brevibus iisdemque iucundis carminibus elatione voce proferendis, factumque periculum felicem exitum est assecutum.

Sed quum musices carminumque solacium admodum breve fluxumque sit, aliud medium est opus quod aegrotorum animos ab aerumnis perieulisque cogitandis, quae possint subire, longiore temporis spatio omnino avertat atque prohibeat. Quare medici xenodochio, quod memoravimus, praepositi, ad hunc finem optime assequendum auctores fuerunt, ut leviore laborantes invaletudine, praesertim convalescentes, in re aliqua confienda operam impenderent, pro eiusque ingenio, aptitudine, viribus, adeo ut facilis labor corpus debilius exerceret, sed non fatigaret. Itaque aegrotorum partim in xenodochium administrandum, partim in simpliciora pharmaca parata chartulis obvolvenda libenter incumbunt; alii autem pupulos ex stupa, pannis, charta ad pueros oblectandos conficere: alii ex ligno seulpere, alii delineare, alii pingere, alii sexenta id genus peragenda suscipere. Sed quoniam multi ex aegrotis operum confiendorum poene sunt ignari, pia ac plurimum artium peritissima berolinensis matrona in xenodochium saepe saepius se confert, ut eos assida cum sollicitudine variis instituat atque edueat artibus. Neque dolendum est si valetudine laborantes haud magnum in artibus ediscendis faciant profectum: etenim id unum medici, ut diximus, sibi habent praestitum,

ut aegroti operibus confiendis recenterentur, propterea que facilius convalescant ex morbis. Iam vero quum convalescentes se ad aliquid peragendum designatos conscient, vehementi spe refecti, pro certo habent quampotius iisdem, atque antea solebant, officiis se rursus funeturos: quod ad eorum valetudinem firmandam non leviter conferre nemo est quin perspiciat.

Sed animi efficientia et vis non modo in morbis ex corpore facilius pellendis, verum etiam prohibendis maxime patet. Accepimus enim civitatum praefectos contagio, peste praesertim, vel *cholera* grassante, saepe praecipisse, ut in plateis ad civium animos recreandos reficiendosque musici ederentur concentus: quo factum est ut plurimi a lethali morbo incolumente evaderent. Id tamen non ita est intelligendum, quasi singulare musices virtute mortifera microbia sint perempta, quod absurdum est atque ridiculum, sed hoc modo ac ratione explicandum: videlicet animus musicis numeris erectus et vivificatus in causa est, ut corpus, cibos facilius concoquendo ceterisque vitalibus melius fungendo officiis, robustius validiusque evadat, atque, quam medici resistendi vim appellant, haec maxime polleat; adeo ut vehementissime obsistat, quominus, exitialis morbi microbiis infectum, morte conficiatur.

Sexenta alia proferre possum exempla, ex medendi artis historia deprompta, quibus luculentiter patet quantum ad morbos ex corpore aut facilius pellendos, aut prohibendos conferat animus, sed brevitatis gratia ea praetermittenda existimo.

Id igitur unum est in votis, ut animi euandi ratio, quam leviter attigimus, ubique gentium publice ac privatim in usum deducatur: adeo ut in civilem hominum communatem, tot tantisque exterritam periculis morbisque exerciatam, non levia beneficia quamprimum sint profectura.

DE MARIANIS COMITII DEQUE ARTIUM RECENSIO MARIANA IN URBE HABENDA.

QUINQUAGENARIA quum prope immineat felicissimi diei memoria, qua Pius sa. me. Pontifex IX, mirabili Divini Flaminis instinctu, Deiparam Virginem a communi labore immunem a primo usque Suae Conceptionis momento credendum Christifidelibus omnibus edidit, opportunum maxime pariterque saluberrimum visum est viris, qui de catholicâ publicâ remassiduè gerunt euram, coetum Romae cogere, qui ab ipso nomine sanctissimo Marianus diceretur. Quibus profecto comitiis tum Ecclesiae praesules eximii aderunt complurimi oratores vel assessores, tum viri, de catholicâ re iamdi optime meriti, sive doctrina, sive rerum gestarum prudentia illustres, tum qui adolescentium, puellarumve sodalitatibus, iisque praesertim quae a Maria Deipara nomen obtinent, quomodo cumque praesunt.

Iamque de pertractandis in coetu negotiis certus ac praefinitus est ordo, constitutaque iam ex eius oratoribus agmina tria, quorum primum de cultu Deiparae augendo, fovendo,

dilatando dicat de diariis deque riae nomine glor ligiosis sodalitatis votis coactis dicata sint atque

Profecto nem huiusmodi ex latum pietatis, qu saeculis in Matrines ubique terdimus, incendimus, praestantes,

Benvenuti Fi

me peritos eius d nomenque Virginis heis voce totius erit idemque suau

At insonabunt quae conlata Illi salutem spopondet mulieris ex alvo Cui mulieri prof antiqui calcaret de inferni fallaci tuneque pugna i facta est, quam,

« Et signum maglier amieta sole, in capite eius ecor

Curae autem iuxta partes eius

(1) *Apoc.*, XII, § 1

endis recreentur.
escant ex morbis.
tes se ad aliquid
sciant, vehementi
quamprimum iis
officiis se rursus
letudinem firman-
timo est quin per-

vis non modo in
pellendis, verum
patet. Accepimus
tagio, peste prae-
saepe praecipisse,
mos recreandos re-
ar concentus: quo
thali morbo ineo-
non ita est intelli-
sices virtute mor-
ta, quod absurdum
e modo ac ratione
us musicis numeris
usa est, ut corpus,
eeterisque vitalibus
ostius validiusque
resistendi vim ap-
petat; adeo ut vehe-
us, exitalis morbi
conficiatur.

ossum exempla, ex
ompta, quibus lucu-
rboros ex corpore aut
hibendos conferat
ea praetermittenda

otis, ut animi cu-
attigimus. ubique
n in usum dedu-
ominum communia-
am periculis mor-
a beneficia quam-

COMITIIS IONE MARIANA NDA.

pe imineat felici-
qua Pius sa. me.
flaminis instinctu-
ni labe immunem
ceptionis momento
omnibus edixit,
ue saluberrimum
holica publica re
poetum Romae co-
etissimo Marianus
omitiis tum Ec-
erunt complurimi
viri, de catholica
ve doctrina, sive
llustres, tum qui
dalitatibus, iisque
ipara nomen ob-
sunt.

n coetu negotiis
lo, constitutaque
na tria, quorum
ungendo, fovendo,

dilatando dicat et inquirat et roget, alterum
de diariis deque commentariis agat, quae Ma-
riae nomine gloriantur, tertium denique de re-
ligiosis sodalitatibus referat, quae sive mona-
sticis votis coacta, sive laicali more Mariae
dicata sint atque dicentur.


Profecto nemo non videt, quantum coetus
huiusmodi ex laboribus sperare licet augmentum
pietatis, quo iamdiu a primis Ecclesiae
saeculis in Matrem atque Tutearem suam homines
ubique terrarum, quotquot Christo credimus,
incendimur. Audiemus viros omni virtute
praestantes, sacrarum disciplinarum maxi-

mus; verum circa cultum eius, tum de libris
eius in honorem multiplicandis, solemnis maxime
iuvabit recensio sive exhibitio, quae pariter ha-
bebitur. Cuius etiam tripertite aulae erunt,
prima ubi imagines Deiparae omnes pulcherrimae,
quae haec tenus sive aere cuseae sunt
sive coloribus effectae, sive marmore, sive fictili
opere, sive musivo, proponentur, itemque numismata cogentur, ac praesertim quae mysterium
Marianae Conceptionis apta maxime arte
et satis efficaci stilo referant. Alius locus erit
diariis, commentariis, theologicis, liturgicis, ar-
cheologicis operibus, pariterque codicibus et

solemnitatem; hac pietate bonum est eos ca-
vere certatim, ut suum in Mariam Virginem
edant palam studium filiale et amorem, utque
eius patrocinium animo corporique potentissi-
mum magis magisque sibi comparent et asse-
quantur.

B. VIRGO AB ANGELO SALUTATA QUAM B. FISCI EXPRESSIT.

INTER varias Divinae Incarnationis mysterii
repraesentationes, quas certatim optimi pi-
ctoriae artis artifices reddiderunt, hanc hodie



Benvenuti Fisci, vulgo il Garofolo, tabula Virginem referens ab Angelo salutatam. - (Photographie expresserunt FR. ALINARI, Florentiae).

me peritos eius de laudibus dicere certatim;
nomenque Virginis conclamari, veluti conferta
heic voce totius christiani populi, pulcherrimum
erit idemque suavissimum.

At insonabunt praesertim laudes de summa,
quae conlata Illi est, gratia Creatoris ex quo
salutem sponderat miseris protoparentibus
mulieris ex alvo humano generi oborituram.
Cui mulieri profecto datum est, ut serpentis
antiqui calcaret caput, ultionemque faceret
de inferni fallacia, quae homines perdiderat;
tuncque pugna illa Mulieris atque draconis
facta est, quam, raptus spiritu, vidit Ioannes:
« Et signum magnum apparuit in caelo; Mu-
lier amicta sole, et luna sub pedibus eius et
in capite eius corona stellarum duodecim...»(1).

Curae autem coetus potissimae, constitutas
iuxta partes eius tres, illae erunt quas innui-

choralibus libris, quae Mariae laudes recinant,
quaeque maxime de privilegio eius altissimo
ex professo scripta sint. Postrema vero pars,
ut quodammodo sodalitates omnes Marianae
adesse pompa solemnissimae videantur, eius
historias, saltem, exhibebit photographicis quam-
plurimis illustrata figuris, referetque de singulis
sodalitiis deque eorum vicissitudinibus
et augmentatione; dabit et tabellas computatorias,
ut ita dicam, de eorum vita, de numero socio-
rum, dabit commentarios rerum gestarum
a viris illustribus qui Deiparam maxime ve-
nerati sunt; dabit denique sodalitatum leges,
constitutiones hisque similia, quae optima at-
que opportuna videantur.

Hisce consiliis, hoc molimine aequum est
atque saluberrimum Christifideles Summi Pon-
tificis vocibus respondere, et accedere, qui tan-
tam indixit ex gudio et abundantia cordis

lectorum oculis subiicie voluimus quae, in
Capitolina pinacotheca asservata, varios, ut ita
dicam, stylos redolet, unum tamen suumque
exhibit. Plerique Benvento Fisci tribuant-
sunt enim qui ab eius discipulis efficiat tabula-
lum existimant, praecelaro illi auctori, qui ex
oppido Ferrarensi Garofolo, ubi an. MCCCCCLXXI
natus est, nomen vulgo retinuit, immo eodem
est posteris commendatus. Huius autem pictori
nota fuit singularis, ut, quum Insubrae,
Romanae Venetaeque scholae studuerit, ipsum
Urbinatem magistrum habuerit, atque Iulii Ro-
mani, Titiani Vecellii, Georgii Barbarelli (vulgo
Giorgione) digna familiaritate uteretur, suus
sibi tamen exstiterit, a tantis viris quae optima
sibi viderentur delegens, atque una subtiliter
in sua opera effundens. Quae quidem in
seaena suavissima quam praebemus facile ap-
parent; quin etiam addo Belgicam ipsam schola-
lam in mentem revocari ex camino in extrema
tabula adumbrato, feleque illo prope reculante.

(1) Apoc, XII, § 1 et seqq.

DE QUADRAGESIMALI TEMPORE ATQUE IEIUNIO.

INTER omnes constat Iesum, post baptismum receptum, in desertum se contulisse, ibique quadraginta dierum noctiumque inediem prorogasse (1); quod quidem ieunium Domini imitatueros, quadragesimale ieunium Apostolorum instituisse. Sed tamen huiusmodi institutionis nulla in sacris libris mentio est; tenenda itaque in re tradita a S. Augustino (2) regula: quae generatim per Ecclesias constituta sint, nee de eorum institutione quidquam in Conciliis appareat, haec tamquam ab Apostolis derivata teneri oportere.

Atqui quadragesimale Christianorum ieunium iam inde a prioribus saeculis invaluisse facile appareat. S. Ignatius enim, Tertullianus, Constitutiones quae Apostolorum inscribuntur, S. Irenaeus, concilium Nicaenum aliaque, Patres, ita de Quadragesima agunt, tamquam de vetere Ecclesiae disciplina, licet ieunii ritus nec unus semper fuerit, nec areto semper iniunctus praeepto; variatum enim est et in numero dierum eszialium, et in tempore ex quo ducerentur; quo etiam discrimine ipsa rei antiquitas et longe lateque obtinens disciplina nova argumenta ad rem probandam desumunt.

Sed exitus Quadragesimae cum Paschate, id est cum Resurrectione Domini, constans permansit; inde facile inducitur, quadragesimale ieunium semper cum diebus Christi passioni maxime sacris fuisse coniunctum. Nec iniuria, quem ieunii disciplina apud omnes populos in luetu et moerore servari consueverit; quem quidem morem naturam magistrum homines docuisse fatendum est, quae in luetu et cibos sibi interdicit, et famis aiores stimulos hebetat.

Veri tamen ieunii exempla ante Moysen in sacris libris non occurunt, sive quod Patriarcharum ieunia Moyses scriptis mandare neglexerit, sive potius quod illorum consulto meminisse superfluum iudicarit. Ex lege vero apparet, ieunia, vel etiam sponte suscepta, criminibus expiandis ab Israelitis passim usurpari (3).

Post Moysen, ieunia apud Hebraeos increbuerunt; quorum disciplina et sensus ne ethnicis quidem incognita fuere: ut enim regem Ninive prætteream, de quo apud Ioan. (III, 5-6), in publicis calamitatibus non raro ieunia indicie solere plures auctores referunt.

EX AMERICIS

De incendio theatri Chicaginensis,
cui nomen *Iroquois* (4).

HAUD seio an sereno, fugatis nubibus, caelo fulminis fragor plus perstrinxisset Chicaginensium animos, quam fama illa, quae præter omnium opinionem, die III ante kal. Ian. paulo post tertiam horam totam per urbem manavit, theatrum *Iroquois*, quum fabula quae-

(1) MATT. IV, 2.

(2) Epist. 118 ad Januar.

(3) Moyses inbet foeminam nuptam quae spontaneum ieunium voverit, viro non reclamante, eiusmodi voti ream esse. — Num., XXX, 40.

(4) De incendio terribili, quod Chicaginensem civitatem luetu implevit, in superiori numero, precipuos orbis omnis eventus recensentes, brevem mentionem fecimus. Litterae haec ab Hilario Doswald, Chicaginensi doctore, ad nos missae pridie kal. Februarias lacrimabilem rem tuse describunt.

dam iocosa, magna spectatorum celebitate, ageretur, igni exustum, multosque eorum qui intererant — ad septingentos, — aut igni concrematos aut, spiritu infereluso, fumo esse suffocatos. Primum horrore torpore civium animi, deinde ut ex torpore excitati re viderunt, quanta ignis strage tot corpora brevi consumperit, alii misericordia moti fatum eorum dolere, alii terrore perciti timere, ne quis suorum in theatro adfuisset, plerique qua quisque via potuit, medium in urbem se corripere, ut quum ad theatrum venissent, viderent et ipsi, quid accidisset, quot et quos flammae combussissent, atque suos, si qui inter examines essent, reparent, repertosque domos deferrent. Quantum heic oculis obiectum est spectaculum! Horror me perfundit, prohibetque quominus omnia, quae paneis temporis momentis tanto funere acciderunt, rite describam. Rem itaque a principio duco enarrandam.

Theatrum *Iroquois*, recentiore aedificandi arte nuper exstructum, exeunte Novembri mense an. MCMLII ad agendas fabulas traditum est. Id, ubi portae patuere, ea eura atque diligentia aedificatum esse passim proclamabant, ut ignem, si oriretur, a cavea arceret, et cavea igni subiecta, tot in variis partibus haberet exitus, ut spectatores, etiamsi essent sexcenti, facile exire et saluti providere possent. In ipsis tesseras, quas spectatores emerant, erat inscriptum «cavea igni invia»... Alium tamen fortunae exitum tulit spectantium multitudo, quae, quum ostiis plerumque oculis nulla exeundi copia esset, miserrimam subiit mortem.

Die illa III ante kal. Ian. quoniam propter Christi natalem feriae habebantur, multi ex urbe, ex agris nonnulli theatrum illud adierant, ut fieri non posset, quin plures, gradibus in unoquoque cuneo occupatis, in foris starent atque in praecinctionibus. Spectatores, qui numero duo millia fuisse dicuntur, aetate et sexu distincti; adolescentes statura proceri et elati spe vitae; virgines ex honestis familiis natae, quas plurimas et musica et vestium apparatus allegerant; pueri et puellae haud pauci a senioribus adducti; magistrae denique nonnullae multis discipulis stipatae; haec maior spectantium pars. Fabula itaque agi coepit; omnes futuri fati ignari erant intenti; oculi in scenam et in pulpitum coniecti, atque histrionibus, musica comitante, saltantibus magnopere oblectati; quum repente ex proscenii velo emieuit scintilla; extinctor, qui aderat, spectatoribus nondum commotis, statim accurrit, ut adhibito ad rem instrumento, flamman exstingueret, sed nescio quo pacto impeditus non potuit. Turbatus deinde, flamma crescente, saltantium chorus; verum moderatore impellente, saltare non desiit. Ignem iam plura lambentem tandem animadvertunt spectatores, quos ut vidit histrio quidam, clamore orto, tumultantes sie alta alloquitur voce: «Quid timetis? nullum vos periculum subitis; sedate, igni brevi extineto, animos». Aulæum deinde, cui *asbestos* nomen, quod flamas a cavea prohiberet, quum tolleatur, machina invita medio in cursu constitut, nec scenam opernit. Quod vix fiebat, cum repente ignis, fracta hominum virtute, immunes evomebat flamas et atras fumi volvebat nubilas; eodem tempore, lumine omni extineto,

cavea tenebris obducitur, affulcente nonnunquam flamma, quae verax et insatiabilis et consumptua erat corpora. Spectatores in terrorem coniecti, alii stupore immoti, quum flammam spiritu duxissent, vel stantes vel sedentes perire; maxima pars tanto terrore sunt affecti, ut frenis rationis laxatis, ad ostia se et ad ianuas raperent ruentes; præcipites et pedibus calcantes corpora, quae multa tanto impetu erant prostrata. Ut flumen, quum aqua nimia undique suscepit, tumidum et turbidum ad ostium ruit, aggere obstructo reperecessum in excelsum fertur et spuma fremente circumagit atque voragine dehiscente undas ipsum suas devorare videtur, sic multitudo illa, tot eadem via irruentibus, densa atque conferta vi et impetu uno ad exitus contendit et ostis aut oculis, aut, cum tot urgerent, obstructis, suum quisque proximum prostravit, prostratumque pedibus contrivit, eoque omnes, confusa corporum strue misere interierunt. Pauci ex superioribus *Maenianis*, nonnulli mirum in modum plurimi ex ima cavea ignem effugerunt vel sponspes, vel aliqua flammae iniuria affecti.

Haec omnia intra quartam horae partem sunt peracta, ita ut extinctores, quum citato cursu advenissent, nihil aliud efficere possent, quam ut muris restantibus corpora igni consumpta efferrent. Interea ingens hominum conursus: lictores ferme innumerabiles; omnes tanto vitae excidio concitati. Ideoque, plebe stupente, tot cadavera ab extinctoribus et lictoribus sunt elata, ut ii qui aderant etiam viri aetate provoceti non possent quin puerorum more laerymas funderent. Cadavera deinde libitinarii, qui prope aberant, tradita, et in eorum atria allata sunt. Hisce locis corpora duobus ordinibus sic utrinque strata, ut via in medio patet. Huc omnes, qui ne unus ex suis inter erematos esset, timebant, se contulerunt. Viri pariter et mulieres pallore cerei et pavore offusi intrant; nunc trementes inter cadavera progressiuntur corpora velo a capitibus remoto aspicientes; nunc obtutus in corpus quoddam defigunt, et filio vel filia agnita, clamorem tollunt corruuntque fracti dolore. Huiuscmodi spectacula tres per dies duraverunt, mente quam stilo facilis depingenda. Quingenti nonaginta tres periisse feruntur.

Sie uno die et uno fere momento tot homines dira morte sunt ablati!

DE ROMANIS CONGREGATIONIBUS

SACRORUM RITUUM, CAEREMONIARUM,
INDULGENTIARUM ET SACR. RELIQUIARUM.

ROMANAM Congregationem sacris tuendis ritibus praepositam haec ratione inter pares secundam recensemus, quod recentissimo Pontificis Summi *motu proprio*, ob ad finem quodammodo competentiam aucta ita fuerit, ut et de Sacris Indulgenciarum statuendis et de Sacris Sanctorum Reliquiarum cognoscendis in posterum inquirat et iudicet.

De Sacris Ritibus maxima semper Ecclesiae fuit cura; quod et ex remotiore antiquitate docet celeberrima Paschatis controversia a Vitozio Papa adversus Episcopos Arianos agitata.

Ad conservandum in rituum unitum, stanti labore Renatae antiquae S. Basilii, S. aliaeque innu constitutione Romanus serv nullis sodalitatibus expresse declar dentina in conv Patres elegerat mis rationis eu gnoceerent, de Sanctorum eorum est inde duplex gregationis mu sacros ritus gu Beatificationum in altero ut potestate iu retur. Inde in haec ratio appa expedienda neg Congregationis i nulli habentur nonizationis in autem longe pl merantur, quorū factus », singuli sarum agitandar « Ponentes » seu Inter officiale Secretarius, tres et Protonotarius causis Canonizati motor Fidei » et promotor ». Coedunt, semel in vero Canonizationibus Ordinalibus ». Ordinatio coadunant gregationis Praefecti intersunt, quamvis abesse iis licet. suum ritu cognoscit. Auditores haud nentes singularia tia denique gen Consultores omnes expendendas maiora solvenda martyrio, vel de n Congregationes g « antepreparatori latoris; altera « p tertia pariter in De introducendi mitiis, ex que iis cesserit, Dei fam Sed Xystus P gregationibus, de munere afferit le Congregationem ritus sacri etiam observentur, et ut

(1) Ne quis de huius non aliter heic sonat rari, expletis nempe

I gente nonnum-
atiabilis et con-
ores in terrorem
quum flammarum
vel sedentes pe-
ore sunt affecti,
ostia se et ad
cipites et pedi-
multa tanto im-
en, quum, aqua
dum et turbidum
acto reperecessum
frenemente circum-
ente undas ipsum
ultitudo illa, tot
atque conferta vi
endit et ostis aut
obstructis suum
at, prostratumque
es, confusa corporo-
Pauci ex super-
mirum in modum.
m effugerunt vel
iniuria affecti.
horae partem sunt
quum citato cursu
ere possent, quam
a igni consumpta
minum concursus:
omnes tanto vitae
plebe stupente, tot
et lictoribus sunt
viri aetate pro-
orum more lacry-
deinde libitinarii,
et in eorum atria
pora duobus ordi-
via in medio pa-
nus ex suis inter
e contulerunt. Viri
cerei et pavore of-
inter cadavera pro-
capitibus remoto
n corpus quoddam
agnita, elamorem tol-
lorem. Huiuscemodi
duraverunt, mente
enda. Quingenti no-
tum!
momento tot homi-
!

EGATIONIBUS EREMONIARUM, CR. RELIQUARUM.

n sacris tuendis ri-
ratione inter pares
recentissimo Ponti-
ob ad finem quodam-
a fuerit, ut et de Sa-
et de Sacris Sancto-
in posterum inquirat
na semper Ecclesiae
motiore antiquitate
s controversia a Vi-
pos Arianos agitata.

Ad conservandam enim fidei unitatem etiam in rituum uniformem usum consequendum constanti labore Romani Pontifices incubuere, quum enatae antiquitus variae liturgiae fuissent, ut S. Basili, S. Ioannis Chrisostomi, S. Ambrosii aliaeque innumeræ. Postea vero Pius Pp. V constitutione *Quod a nobis* mandavit ut ordo Romanus servaretur ab omnibus, exceptis nonnullis sodalitatibus religiosis, aliisque easibus expresse declaratis. Verumtamen Synodus Tridentina in conventu XXV quinque iam Purpuratus Patres elegerat, quibus tuendae rituum uniformis rationis cura commiserat, simulque ut cognoscerent, delegaverat, de canonizationibus Sanctorum eorumque festis celebrandis. Orum est inde duplex itemque distinctum Sacrae Congregationis munus, alterum quod spectaret ad sacros ritus gubernandos, alterum quod causas Beatificationum et Canonizationum attingeret; in altero ut potestate administrativa, in altero ut potestate judiciali Sacra Congregatio ute-
retur. Inde in officialibus eius quoque duplex haec ratio apparebat; praeter eos enim qui in expedienda negotia et exaranda acta huius Congregationis indiscriminatim intendunt, nonnulli habentur in Causas Beatificationis et Canonizationis incumbentes praecipue. Cardinales autem longe plures quam quinque hodie enumerauntur, quorum primus est «Cardinalis Praefectus», singuli vero, per certum ordinem, causarum agitandarum in sollemnibus comitiis flunt «Ponentes» seu «Relatores».

Inter officiales praecipuam partem habent Secretarius, tres seniores S. Rotae Auditores, et Protonotarius Apostolicus: praeter eos in causis Canonizationum primas obtinent «Promotor Fidei» et «Assessor» seu «Fidei subpromotor». Coetus ad quos et hi semper accedunt, semel in hebdomada habentur. Causae vero Canonizationis pertractantur in «Congregationibus Ordinariis», «Rotalibus», vel «Generalibus». Ordinariae sunt quae in palatio Vaticano coadunantur, quibus praeest S. Congregationis Praefectus, atque Consultores religiosi intersunt, quamvis plerumque ex dispensatione abesse iis licet. Rotaes sunt quae de processu cognoscunt, in quibus praeter Rotae Auditores haud alii quam Praefectus et Ponentes singularum causarum adsunt. Ad comitia denique generalia veniunt Cardinales et Consultores omnes, quum ad graviores quaestiones expendendas convocentur, id est ad *dubia maiora* solvenda de virtutibus heroicis, vel de martyrio, vel de miraculis. Pro unaquaque causa Congregationes generales tres habentur; prima «antepreparatoria», in aedibus Cardinalis rectoris; altera «praeparatoria» ad Vaticanum, tertia pariter in Vaticano, coram Sanctissimo. De introducendis causis in ordinariis agitur comitiis, exque iis *venerabilis* titulo, si res bene cesserit, Dei famulus decoratur (1).

Sed Xystus Pp. V, quum, uti de ceteris Congregationibus, de Sacrorum Rituum ambitu et munere affert legem, id iubet, sacram hanc Congregationem advigilare debere «ut veteres ritus sacri etiam in Capella nostra Pontificia observentur, et ut reges, principes, aliaeque per-

(1) Ne quis de huius vocis vi decipiatur: *Venerabilis* enim non aliter heic sonat quam «qui possit in posterum venerari», expletis nempe omnibus iudiciis de re statutis.

sonae etiam Ecclesiasticae ad Urbem curiamque romanam venientes, honorifice, more maiorum, excipiuntur». Ad procurandam vero huiusmodi rituum et caeremoniarum congruam executionem instructa est Congregatio Caeremonialis, cuius praefecturam Cardinalis Decanus Sacri Collegii gereret, et unus ex magistris caeremoniarum Pontificiis a secretis munere fungetur. Officium eius, executivum plerumque, iudiciale fit, quoties de huiusmodi ritibus et caeremoniis observandis controversiae moveantur.

Nunc autem, ob materiae connexionem, adiecta est Sacrae Rituum Congregationi Sacra Congregatio Indulgentiarum et Sacrarum Reliquiarum, atque constituta eadem persona Praefecti; coniunctam dixi: nam illius Praefectus Sacrorum Rituum pro-Praefectus est creatus. Competentia huius Congregationis est executiva seu administrative, eamque Leo sa. me. PP. XIII restituit ad finem, quem superius memoravi, quemadmodum a Clemente IX a. MDLXIX, perpetuitatem ei statuens, fuerat posita.

EX SS. CONGREGATIONIBUS ROMANIS SENTENTIAE NOVISSIMAE SELECTAE.

Ex Congregatione Sacrarum Indulgentiarum et Reliquiarum:

— Indulgentia quinquaginta dierum conceditur, defunctis quoque applicabilis, toties a Christifidelibus lueranda, quoties idem, blasphemias audientes, corde saltem contrito ac devote iaculatoriam precem «Deus sit benedictus!» pronuntiaverint. (Ex deer. d. 28 Novembr. 1903).

Ex Congregatione de Negotiis Ecclesiasticis extraordianariis:

— Missionariis ex Ordine S. Benedicti eadem gratiae eademque privilegia conceduntur in Belgica, Hollandia et Germania quae Patribus Dominicanis. (Ex deer. d. 17 Febr. et d. 24 Novembr. 1903).

Ex Congregatione de Propaganda Fide:

— Erigitur Praefectura apostolica, cui nomen «de Benadir», eique constituantur fines: ad meridiem ab ostio fluminis Dyuba usque ad iurisdictionem Vicariatus Apostolici inter populos Galla, Jimes possessionum italicarum et anglicarum, a quo limite missio separatur a Vicariatu Ap. Zanuebariae Septemtrionalis; ad orientem Oceanus Indicus a praedicto ostio fluminis Dyuba usque ad promotorium Guardafui; ad septentrionem mare sinus Adensis a supramemorato promotorio usque ad limitem Somaliae Anglicae: ac dein hic ipse finis usque ad Vicariatum regionum Galla; ad Occidentem haec postrema ecclesiastica iurisdictionis. Praefectura eadem alumnis Ordinis SS. Trinitatis excaleatis evangelizanda conceditur. (Ex deer. d. 21 Ian. 1904).

Ex Congregatione Sacrorum Rituum:

— Cantus lamentationum, responsoriiorum et psalmi *Miserere* in feris IV, V et VI Maioris Hebdomadae fieri nequit cum instrumento «harmonium» aliisque instrumentis sine strepitu *a corda, violini, viole, contrabassi* nuncupatis, neque cum solo instrumento «harmonium» (Deer. d. 20 m. Martii 1903); idque tamquam decretum generale, seu Urbis et Orbis, habendum est, ita ut ubique obliget, non obstante quavis consuetudine in contrarium, etiam immemoriali. (Ex deer. d. 8 Ian. 1904).

DIARIUM VATICANUM.

(Die xxi mens. Ianuarii – d. xx mens Febr. MCCCCIV).

Coram SSmo admissiones.

Inter clariores viros apud Pontificem admissos peculiari mentione digni sunt: De Florian comes, apud Apostolicam Sedem exterius minister; Paulina, viuda Magni Duci de Saxe-Weimar-Eisenach; Carolus Matzenauer, civitatis Nicaraguensis legatus; nobilis vir Decurtins, ex supremo Helvetiae consilio; Rodolphus Coronini Cronberg ex Austrorum apud Apostolicam Sedem legatione; Bruno Chaves, Brasiliensis legatus; Ioannes Schwarzenberg dynasta; Von Hertling dynasta, Bavariae senator; D'Anethan dynasta.

Pontificiae electiones.

Purpurati Patres Franciscus de Paula Cassetta, Sebastianus Martinelli, Casimirus Gennari, Felix Cavagnis ad S. Congregationem de Visitatione Apostolica addieuntur.

Exclusus vir Antonius Vico, Apostolicus legatus ad Columbiam, ad Belgas nuntius apostolicus mittitur.

Exclusus vir Raphael Virili, episcopus Troadi, inter «Abbreviatores septi maioris» refertur, eodemque munere augentur «extra numerum» exclusus vir Iosephus Camilli, episcopus Tomit., et exclusus vir Franciscus Santovetti, caicus Liberianus.

Inter Urbanos antistites renunciantur r̄ni viri Henrieus Salvadori, Casimirus Skirmunt, Iosephus d'Oliveira Machado.

Varia.

Die xxvi mens. Ian. coram SSmo habita est SS. Rituum Congregatio ad disceptandum de miraculis quae a Deo patrata asseruntur intercedente V.S.D. Ioan. Vianney. Parochi vicis Ars, atque ad videndum an tuto procedi possit ad beatificationem W. SS. DD. Marci Crisini, Stephani Porgracz, et Melchioris Crodecz.

Die xxviii r. p. Arsenius Pellegrini in consistoriali aula coram SSmo oratione habet de Curia oppidi Cryptae Ferratae atque de Ecclesiarum unione.

Die ii mens. Febr. solemnia oblationis cereorum apud Pontificem habentur.

Quadragesimali ineunte tempore, r. p. Paulus a civitate plebis Cotronensis, orator apostolicus, concionibus suis operam dat coram Pontifice, sacro Purpuratorum Senatu, ceterisque Pontificiis sacris adesse solitis.

Acta Pontificia.

Die xxiii mens. Ian. S. D. N. litteras in forma «brevis» edit de studio S. Thomae Aquinatis (1).

Die xxvii Motu proprio SSmo S. Congregatio Indulgentiis et Sacris Reliquiis praeposita cum Sacrorum Rituum Congregatione perpetuo coniungitur.

Die xi mens. Februarii litterae encyclichee prodeunt de Maria Virgine sine labore concepta. In iisdem ad celebrandam diem anniversariam L, ex quo Pius sa. me. PP. IX «edixit ac promulgavit esse a Deo revelatum beatissimam virginem Mariam in primo instanti suae Conceptionis, ab omni originalis culpae labo fuisse immunem» indulgentiam extra ordinem, ad instar Iubilaei orbi catholico Pontifex impertitur. Cuius indulgentiae normae verbis quae sequuntur enuntiantur:

«Quamobrem de omnipotenti Dei misericordia, ac beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, ex illa ligandi atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit; universis et singulis utriusque sexus christifidelibus in alma Urbe Nostra degentibus vel ad eam advenientibus, qui unam e quatuor Basilicis patriarchalibus, a Dominica prima Quadragesimae, nempe a die xxi Februarii, usque ad diem 11 Iunii inclusive, qui erit solemnitas sanctissimi Corporis Christi, ter visitaverint; ibique per aliquod temporis spatium pro catholicæ Ecclesiae atque huius Apostolicae Sedis libertate et exaltatione, pro extirpatione haeresum omniumque errantium conversione, pro christianorum Principum concordia ac totius fidelis populi pace et

(1) Spatio deficiente, eas, quas nostris lectoribus laud parvi momenti esse putamus, ad proximum *Vox Urbis* numerum ex integro referre cogimur.

unitate, iuxtaque mentem Nostram pias ad Deum preces effuderint; ac semel, intra praefatum tempus, esurialibus tantum cibis utentes ieiunaverint, praeter dies in quadragesimali indulto non comprehensos; et peccata sua confessi, sanctissimum Eucharistiae sacramentum suscepserint; ceteris vero ubique, extra praedictam Urbem degentibus, qui ecclesiam cathedralem, si sit eo loci, vel parochialem aut, si parochialis desit, principalem, supra dicto tempore vel per tres menses etiam non continuos, Ordinariorum arbitrio, pro fideli commodo, praecise designandos, ante tamen diem VIII mensis decembri, ter visitaverint; aliaque recensita opera devote peregerint: plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam concedimus et impertimus: annuentes insuper ut eiusmodi indulgentia, semel tantum lucranda, animabus, quae Deo caritate coniunctae ex hac vita migravrent, per modum suffragii applicari possit et valeat.

» Concedimus praeterea ut navigantes atque iter agentes, quum primum ad sua domicilia se receperint, operibus supra notatis peractis, eamdem indulgentiam possint consequi.

» Confessarii autem, actu approbatis a propriis Ordinariis, potestatem facimus ut praedicta opera, a Nobis iniuncta, in alia pietatis opera commutare vealent in favorem Regularium utriusque sexus, nec non aliorum quorumeunque qui ea praestare nequiverint, cum facultate etiam dispensandi super Communione eum pueris, qui ad eamdem suspicendam nondum fuerint admissi.

» Insuper omnibus et singulis christifidelibus tam laicis quam ecclesiasticis sive saecularibus sive regularibus cuiusvis ordinis et instituti, etiam specialemente nominandi, licentiam concedimus et facultatem ut sibi, ad hunc effectum, eligere possint quemcumque presbyterum tam regularem quam saecularem, ex actu approbatis, (qua facultate uti possint etiam moniales, novitiae aliaeque mulieres intra claustra degentes, dummodo confessarii approbatus sit pro monialibus) qui eosdem vel easdem, infra dictum temporis spatium, ad confessionem apud ipsum peragendam accedentes, cum animo praesens iubilaeum assequendi, nec non reliqua opera ad illud lucrandum necessaria adimplendi, hac vice et in foro conscientiae dumtaxat, ab excommunicationis, suspensionis aliquaque ecclesiasticis sententiis et censuris, a iure vel ab homine quavis de causa latis seu inflicitis, etiam Ordinariis locorum et Nobis seu Sedi Apostolicae, etiam in casibus cuiuscumque ac Summo Pontifici et Sedi Apostolicae *speciali licet modo* reservatis, nec non ab omnibus peccatis et excessibus etiam iisdem Ordinariis ac Nobis et Sedi Apostolicae reservatis, iniuncta prius poenitentia salutari aliquis de iure iniungendis, et si de haeresi agatur, abiuratis antea et retractatis erroribus, prout de iure, absolvere; nec non vota quaecumque etiam iurata et Sedi Apostolicae reservata (castitatis, religionis, et obligationis, quae a tertio acceptata fuerit, exceptis) in alia pia et salutaria opera commutare et cum poenitentibus eiusmodi in sacris ordinibus constituis etiam regularibus, super occulta irregularitate ad exercitium eorumdem ordinum et ad superiorum assencionem, ob censorum violationem dumtaxat, contracta, dispensare possit et valeat. — Non intendimus autem per praesentes super alia quavis irregularitate sive ex delicto sive ex defectu, vel publica vel oeculta aut nota aliave incapacitate aut inhabilitate quoquomodo contracta dispensare; neque etiam derogare Constitutioni cum appositis declarationibus editae a fel. rec. Benedicto XIV, quae incepit « *Sacramentum poenitentiae* »; neque demum easdem praesentes litteras iis, qui a Nobis et Apostolica Sede, vel ab aliquo Praelato, seu Indice ecclesiastico nominati excommunicati, suspensi, interdicti seu alias in sententias et censuras incidisse declarati, vel publice denuntiati fuerint, nisi intra praedictum tempus satisficerint, et cum partibus, ubi opus fuerit, concordaverint, ullo modo suffragari posse et debere.

» Ad haec libet adicere, velle Nos et concedere, integrum euicumque, hoc etiam Iubilaei tempore, permanere privilegium lucrandi quasvis indulgentias, plenaris non exceptis, quae a Nobis vel a Decessibus Nostris concessae fuerint. »

ANNALES.

Iaponicum bellum.

Iaponiorum bellum cum Russis, etsi haud inopinato, infante tamen exarsit. Die Februarii mensis quinta, post oblatas Russis supremas protestationes, Kurino, Iaponicus Petropoli legatus, dimissorias suas Lamsdorio, rerum exterarum gestori, epistolam tradidit. Statim autem, ex improviso, noctis per tenebras, iaeulatoriae Iaponiorum navieulae in hostis classem Arthuro in portu impetum faciunt, navesque magnas tres, ingentibus iactatis missilibus, effodiunt ac paene demergunt. Oriente sole hinc ab universa Iaponia classi, inde a Russorum navibus atque oppidis praelium committitur, incerta fortuna tamen, atque incerto exitu. Paulo post Chemulpo in portu alia Iaponica classis tres Russorum naves adoritur, atque vel demergit vel ad ditionem cogit. Quinque denique post diebus iaeulatorius concursus, noctis tempore, in Arthuro portu renovatur, non sine unius Russici navigii vulnere maximo. Interea Russi Yalu fluminis ad ripas, Iaponii ad Chemulpo litus atque in Dalny portum suas copias advehunt et agunt, quae pedestrem pugnam brevi, ut videtur, ineant.

★

Balkanici motus.

At gravior fit tanti belli metus, si Europeae pacis conditiones quis recenseat, inquietas omnino. Sedata enim vix, aliquot abhinc mensibus, Balkanica sedatio, universa iterum flagrat, et insurget ignis cineribus abditus.

Iam enim non amplius premit sedifiosas turbas Russorum timor, qui longinquo bello satis implicantur; iamque Bulgari Serbique arma parant, et Austriae et Hungari, ut novi huius motus forte vim coereant, sua iam instruere agmina audiuntur. Forte ne occurrit matura sane opportunitas, ut Macedonicam regionem tandem aliquando et portus Thessalonicenses attingant?

★

Albanensem seditio.

Quid inde sit eventurum nemo vaticinabitur; sed iam historicus oportet seditionem scribat, quam Albanenses moverunt. Qui quidem, ut sunt Tureis omnibus maxime infensi, statutas novas leges, quae Christianorum mitigent servitatem, haud laeti acceperunt. Ita, odio aucti, seditionem diu parantes convenere simul, tandemque sumentes arma in apertum bellum descendere, Diakowa urbe capta. Eorum in multitudinem cum tormentis atque legionibus Pelimius dux obstitit, et Diakowae moenia ab hostili manu liberavit et eripuit. Res, nihilominus adhuc plena periculi est.

★

Americanae seditiones.

Consuetae seditiones moventur in America terra meridionali, atque Urugayensem rempublicam itemque Dominicanam insulam pessundant. Verum videntur Urugayensis praesidis copiae Durasno valide urbem defendisse ab insurgentibus turbis, hasque fudisse. Dominicanae igitur litora, ni sedatio cito sileat, Americani nordie sua classi appellant, ita ut verendum sit ne tandem aliquando illa insula quoque eorum praeda fiat. •

Africanae res. ★

Coloniarum bella, quae Angli in Somalia terra, atque Germani in Herreros barbarorum finibus dueunt, paulatim cedere videntur Europaeorum fortunae; nam Germani, etsi aliquam passi adversam pugnam, constanti tamen animo brevi superaturni hostes nunciantur, ut Angli vicissim, qui de pseudopropheta plenam tandem victoriam habebunt.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS.

In Anglia regia oratione sessiones resumptae. De bello Russorum cum Iaponiis in responsionibus administratorum prudens silentium servatum: de Balcanicis motibus autem una sponsio, ut pax quomodocumque tuta siet.

In Bulgaria Staikow, coetus praeses, agricolarum rerum administer atque commerciorum adlectus.

In Iberia in episcopum Nozaleda, vehementer ab inimicis christianae fidei peculatu incusatum, disceptatio gravis habita est: postremo tamen eius inculpata vita laudatur.

In Italia de ferrearum vehum negotio publice vel privatum gerendo vehemens disceptatio agitur, utrum vigentes adhuc pactiones servandae, sint neque.

In Rumenia pactio cum Italies de commerciis supplicetum aliorumque simillium rata a legis populorum habetur.

In Serbia Gruic minister eiusque collegae suo se munere abdicarunt. Petrum regem tradunt coatum, ut « radicales » ad imperium vocet.

LIBRORUM RECENSIO.

Albii Tibulli carmina selecta con note de Prof. G. B. Bonino. — Edid. off. Paravia Aug. Taurin. — Romae — Mediolani — Florentiae — Neapoli (Ven. lib. 0,80).

Albii Tibulli carmina selecta recens adnotavit atque edidit eruditus vir I. B. Bonino. Libenter commendamus opus ita constitutum, ut adulescentulorum possit manibus innocenter versari. Hoc in primis apud nos, qui bene moratos ante omnia eupimus pueros, deinde eruditos. At, una cum innocentia illa, eruditio procedit, quia et pulchra et perlucida praeponitur libro Tibulli vita, et elucubrationum divisio iuxta tempora et argumenta, et, quod maximi existimamus, singulis elucubrationibus titulus titulique et carminis additur opportuna notitia et explanatio. Quibus fit ut adolescentulus carmen interpretandum ingrediatur non ieiunus et ignarus, sed rei tractande iam compos. Omnis igitur huic labor in recta verborum electione et idonea, qua verba ipsa convenientia adiunctis temporis, loci et actionis legitur. Singularum in ealee paginarum notae sunt denique, et eas maximi facimus, quia saepe ad elocutionis modos interpretarem delegant, quibus excellentes usi sunt latini aureae aetatis illi scriptores, qui sermonis elegantia magis claruerunt. Optimum quavis parte et absolutum commendamus librum, ex quo magnum sibi fructum et magistri et discipuli comparabunt.

LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

JOAN. BAPT. ANANIA Beneficiarius Vaticanus. De stemmate Pii X Pont. Max. Epigramma. — Verulis, ex typis Reali, 1904.

— Psicologia dei Santi di ENRICO JOLY. Traduzione italiana della 8^a edizione francese. — Romae edid. Desclée, Lefebvre et Soc., 1904. — (Ven. lib. 2).

— San Basilio (329-379) di PAOLO ALLARD. Traduzione italiana della 4^a edizione francese. — Indiedem. — (Ven. lib. 2).

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis Phil. Cuggiani.

VULCANI
Arde
horumq
fistula a
portum
bes, et c
omnis g
magnam
Quid
sera fat
Augusta
vestigiis

Res im
si fideli
rapax fla
in populo
timoram
omnes el
Norvegi
pido, ips
late vor
acervosqu
gentem d
Augusta
menti: ope
absumit
opificium
Qui acer
loide, qua
reactione
Qui metu
Amentes
seri, qua
nestras m
mia altitu
perierunt,
nera curan

Non tam
diernis in
divis urb
ibi ruunt m
arent ubi
rei publica
suam amisi
flammeo ex
lumis evas
igne parati
rumque ve
carminum,

At paulo
quoque rec

Tempesta
lam, quea
vatensium
internum r
Galliae, Af
insularum
ripas perag
Rhenum flu
suis ex alv
late circum
domus can
gregesque s
occursum d
quos Amer
sunt.

Eequid v
moliuntur c

PER ORBEM.

VULCANI imperio tradita iam terra videtur. Ardet bellum inter Iaponios et Russos, horumque naves, immissa noctu per fluctus fistula atque globo, ignitis insidiis Arthurum in portum flamma exicitata prossilunt; ardent urbes, et cedunt collabentes columnae, aedesque omnis generis, uno fato eodemque percussae, magnam in ruinam ubique terrarum ruunt.

Quid si Baltimorae clades Norvegorum misera fata aemulatur, quid si Americani luctus Augustae Taurinorum cives ac Lutetienses vestigiis instant?

Res immensi operis sit immensique laboris, si fidei calamo singula persequi velim, quae rapax flamma, quae ignis rabies perpetravit in populorum ruinam. Nam Americani qui Baltimoram urbem, rerum gestarum fama inter omnes clarissimam, incolunt, suam patriam, ut Norvegi paucis ante diebus Aalesund in oppido, ipsi late incendio vastatam viderunt, late voratas domus, confectas publicas aedes, acervosque mercium destructos, et opificia, ingentem divitiarum fontem, omnino combusta.

Augustae Taurinorum ditissima maximi momenti operibus bibliotheca flammis absumitur; absumitur Parisiis pectinum conficiendorum opificium in Sebastopolitana, quae dicitur, via. Qui acervi in caveis opifici erant ex celluloide, quam dieunt, materia, hi forte, chemica reactione quadam incensi, flamas excitarunt. Qui metus inter opifices fuerit nemo dicat. Amentes terrore facti hue illue diffugunt miseri, quaerentes portas, quaerentes etiam fenestras mortem unde effugiant; multi ex nimia altitudine in solum sese deficiente misere perierunt, fracta cervice vel fractis membris iacentes; multi per nosocomia vix hodie vulnera curant.



Non tamen heic satis: novissimi enim ho- diernis in diariis Chileni veniunt. Eorum Valdivia urbs simili iactura petitur. Domus et ibi ruunt multae, cives complurimi carent tecto, carent ubi fessa iam membra ponant: in his rei publicae ipse praeses Firmanus Riesco, qui suam amisit domum, quamvis fortuna iuvante, flammeo ex occursu sospes ipse atque incolumis evaserit. Nonne tot tantisque cladibus igne paratis ipse contentus Nero esset, Homerumque vetustum, si satis esset res subiecta carminum, digne tandem aemularetur?



At paulo ego minora, sed paulo laetiora quoque recinam.

Tempestatem horrendam dico atque procellam, quae Angliae litora propinquaque Britvensium oras primum vastavit atrox, mox internum mare nostrum attingens, non tam Galliae, Africae, Iberiae, quam Hesperiae et insularum atque Syiae usque ad oppositas ripas peragrata, multas rates demersit. Dico Rhenum flumen pariterque Charentum, quae suis ex alveis tumente fluctu quum exiissent, late circum sata, agricolarum spem, inundarunt, domus campestres complurimas everterunt, gregesque secum corripuer. Ferrearum velum occursus denique attingo, quos Bruxellenses, quos Americani, Halifax prope urbem, passi sunt.



Eiquid vero? Angli et Americani iam nova moluntur conamina, ut velocius simul at au-

dacius orbem per universum discurrant. Londonenses enim, per foramen, urbis sub solo excavatum, Angliae ex argenteriae mensae domo ad hortum Finsburyensem vehes immittunt; at ita eaverunt vitae viatorum, ut nulla ignita vis in agendis curribus adhiberetur. Americani vero ad maximam sternendam viam pariterque longissimam sese accingunt, quae per ferreos axes ab Hudsonio sinu ad Bonearenssem usque urbem viatores et menses advehat, dignus gigantum inceptus!



Ego tamen omnium prudentissimum viatorem illum puto natione Austriaeum, Antonium Hanslianum, qui suis ipse manibus, ut sit tu-tissima via, uxorem pertrahit in curriculo et filium. Sheffield iam urbem ille sanus, etsi lentus, tenuit; mox Liverpoliae ex moenibus proficisci mens est in Africam ire, indeque in Americam, atque suo ritu Columbiam, Brasiliam et Mexicum peragrat: inde Sancti Francisci, postremo Sancti Ludovici urbem attin gere, dum orbis totius ibi artium exhibitio erit, et ipse spectaculum omnibus factus quidnam tenacis propositi vir, minimis etiam viribus et modis, possit.

Ioci.

In quo vita beata.

Quidam philosophus, pluribus coram eo de felicitate humana dissidentibus amicis, et diu-nas post contentiones illum de sententia sua rogantibus, qua vel finem disceptationibus imponeret, vel dissentientes conciliaret: «Afferte, - inquit, - eodem, vino plenos ad labrum, duos inaequales crateres». Cumque hoc factum esset, conversus in adstantes ait: «Feliciorum, si sensus his esset, vel saltem iure gloriore discernere». Bibax diebat pro felicitate grandioris; parcus pro felicitate stabant minoris; ille enim vere felix est qui nemini causa culpa fiat. Nec defuere qui dicent, neutrum felicem esse quis uterque nimium fragilis, uterque alieno plenus, non suo, uterque... - «O erudit, - intercedit philosophus, - et stulti pariter omnes! Uterque pariter ex ciathis felix, quia tantum habet, quantum capit, et ideo qui alio modo iudicat, iudicium profert vel iuxta gulam vel iuxta indolem suam. Uterque tamen infelix si gloriaretur quia non de suo superbiret. Itaque ille beatus qui non modo parvo, sed suo contentus vivat!».



Animal certe, sed rationale suspensum in schola.

Tiro quidam a magistro interrogabatur quidnam esset homo: - «Animal, - inquit discipulus, - animal..., animal...»; fixisque intentisque in magistrum contemplantem oculis haerebat... - «Rationale! - subiicit magister». - «Bene! pulchre!, - reddidit discipulus; - quale quippe tu mihi videris». - «Undenam hoc tibi, puer...?». - Et discipulus: - «Quasi scilicet ratione uti pauper possit; non autem plerumque utaris». - Igitur?... - magister petit, et responsum exspectat. Adolescens, ut se tricis expidiret et laqueis: - «Magister, audi. Uterque animalia sumus; contenti hoc, rem differamus; et rationale illud suspendatur in schola. Modo contendamus ut aliquando mereamur induere».



Vae domui philosophorum!

Seitulus philosophus cum ab amico interrogaretur qua de causa domus illius quotidianis et nocturnis litibus resonaret: - «Nil mirum, - respondit; - namque ego ratiocinor, uxor mea ratiocinatur, liberi mei ratiocinantur, ancillae

duae ut pares dominae videantur ratiocinio dicunt se uti; servi mei, (quatuor enim sunt), dominica sapientia se afflatos imbutosque existimant, atque ideo ratiocinantur et illi. Itaque suam quisque non modo sententiam sequitur, et mentem, et voluntatem, sed iustum rectamque probare contendit, atque argumentis a sorithe ad enthymema tuetur... Hinc ubi plurimi loquuntur nemo operatur, omnes rixamus».

AENIGMATA

a FR. PALATA proposita.

I.

Nomina sume trium, lector bone, bestiarum: immundo gaudet prima iacere luto; altera perrotit chartas librosque vetustos; tertia, felino ne cadat ungue, timet. Vocibus his iunctis nascatur nobile verbum nos patienter onus sustinuisse iubens.

II.

Sublevo pauperiem miseri vel munere parvo. Inseritur mihi rho? Me tellus procreat alma.

Ex sociis, qui utriusque aegnimatris interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus sortitus, gratis accipiet opus, cui titulus:

VINCENTII LANFRANCHI
DE PLINII IUNIORIS
PANEGLYRICO
AD IMPERATOREM TRAIANUM
ACROASIS.

Aenigmata an. VI, n. XXIII proposita his respondent:

1) Canna-bis; - 2) Avis - Ravis.

Ea rite soluta miserunt:
Call. Amalberti, *Abio Intemelio*. — Princ. Gordon *Mancunio*. — Guil. Schenz, *Ratisbona*. — Car. Stegmüller, *Sabaria*. — Ios. Questa, *Sustineo ad Vercellias*. — V. Hertel, *Mendhusio*. — G. Grünes, *Nicolsburg*. — I. B. Pesenti, *Cetena ad Bergomum*. — Henr. Tarallo; Dom. Farese, *Neapoli*. — Ioan. Galbiati; F. Arnoni, *Mediolano*. — P. de Mangeleore, *S. Bonifacio in Canada*. — Senior Astensis. — Herm. Gini, *Aquis Taurin*. — St. Lawinski, *Niemystow*. — Ad. Skrypkowski, *Sicinice*. — Petr. Garrone, *Pezzana ad Vercellias*. — D. Le Provost, *Briocen*. — Am. Robert, *Marieville in Canada*. — Ios. Wauer C. SS. R., *Vaals*. — Ioan. Giambonini, *Poteggio*. — Coll. Schol. Piaram *Steltae*. — Ioan. Cantone Ceva marchio, *Vercellis*. — Fel. Dacomo, *Alba*. — Cam. Straschill O. F. M., *Villaco*. — A. Allaria, *Augusta Taurin*. — Ios. Bertran, *Figuera*. — Civis Romanus, *Bremerhaven*. — Alois. Cappelli, *Senis*. — M. Vidal, *Palma in insula Maiorica*. Sortitus est praemium

JOANNES GALBIATI,

ad quem missum est PETRI ANGELINI opus, cui titulus

DE POETIS ET NUMERIS LATINIS.

Aenigmata an. VI, n. XXIV proposita his respondent:

1) Orion, Arion; - 2) Tuba, Turba.

Ea rite soluta miserunt:
Guil. Schenz, *Ratisbona*. — Ferd. Ferrari, *Gua-stalla*. — Car. Stegmüller, *Sabaria*. — Dom. Farese; Henr. Tarallo, *Neapoli*. — Senior Astensis. — T. Questa, *Sustineo ad Vercellias*. — Cam. Straschill O. F. M., *Villaco*. — Herm. Gini, *Aquis Taurin*. — Petr. Garrone, *Pezzana ad Vercellias*. — D. Le Provost, *Briocen*. — Lad. Lud. Podobinski, *Cracovia*. — D. Petit, *Druwendunga*. — Am. Robert, *Marieville in Canada*. — I. Wauer, *Vaals*. — Aem. Gschwind S. P., *Praga*. — Ioan. Giambonini, *Poteggio*. — Coll. Schol. Piaram *Steltae*. — Fr. Lucas, *Washington*. — Aug. Roberg, *Chicotino in Canada*. — Fel. Dacomo, *Alba*. — Ant. Allaria, *Augusta Taurin*. — Dom. Perri, *Mileto*. — Mich. Hago, *Manssighofen*. — Iac. Bertran, *Figuera*. — Ios. Czudek S. I., *Brzozow*. — Civis Romanus, *Bremerhaven*. — Io. B. Pesenti, *Cetena*. — Ioan. Cantone Ceva marchio, *Vercellis*. — A. Düsel, *Ay-Champagne*. — Alois. Cappelli, *Senis*. — M. Vidal, *Palma in insula Maiorica*. Sortitus est praemium

D. PETTIT,

ad quem missum est FR. PALATA, carmen, cui titulus:

DIES CHRISTI NATALI PRAEVIA.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS
Comm. VOX URBIS in an. MDCCCCIV.

Pretium subnotationis est in Italia Libell. 4,80; ubique extra Italiam Libell. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; March. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25 *recto tramite* mittendum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM
COMMENTARI "VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCII CONSTITUTA

ad libitum:

- a) Tabula metr. $0,45 \times 0,22$ Pontificiae dominationis auspicationem referens a Pio PP. IX an. MDCCCXLVI peractam, et in Commentarii "Vox Urbis,, commodum unice ex antiqua tabula desumpta; *sive*
- b) Collectio chartularum electissimarum, quae distincta coloribus praecipua Romae, aut eius vicina redundunt; *sive*
- c) Urbis et Ianiculo monte prospectus. (Tabula aere cusa metr. $1,10 \times 0,24$)

Donum, quod voluerit, quisque subnotans petet
primum intra mensem ab eius subnotatione et cum ipso subnotationis pretio.